

## De Nativitate Christi, &c. 153

„ Christus nondum apertam (scilicet vulvam) supernaturiter aperuit, & clausam natum valiter servavit. Dicit autem supernatu- raliter aperuit; quia supernaturali virtuti Christi ad egressum nihil est occlusum „ nihil, quod ipsum impediat. „ Denique de Amphiliocchio idem Vasquez multa dicit, ad quem legentes remittimus.

Dicimus II. Virginem Deiparam absque molestia, & dolore peperisse, nec obste trice habuisse opus. In partu non emis se secundinas, quae nec pariter in utero fuerunt; ideoque illas cum foetu emissas fuisse puerperii sordes, quae consequuntur nativam nascentis hominis conditio nem, & non laedunt illibatam matris vir ginitatem, & filii sanctitatem non detur pant.

Prima Conclusionis pars probatur I. quia; ut ait Serry, nulla ibi fuit membrorum genitalium apertio, nulla uteri reseratio, sigilli virginalis effractio nulla. II. quia vinculi, seu nervi umbilicaris, que foetus Matris in utero cohæret, disruptio, atque dissecatio ab ipso, a Deo absque Matris sensu effecta est. III. quia, ut ait Suarez, dolor partus responderet libidini, & voluptati conceptionis. Unde Damascenus: *Quam voluptas non anteivit, nec dolor quidem in partu sequutus est.* IV. quia decebat, ut Christus in ortu suo nullum incommodum matri afferret, & hoc, vel ex eo præterim, quia necessarium non erat. V. quia Ecclesia canit: *Nesciens virgo virum, peperit sine dolore Salvatorem seculorum.* VI. quia Patres hoc ipsum docent, videlicet Nyssenus orat. I. de refur recti, & homil. 13. in cantica, Augustinus serm. 14. de nativit., Fulgentius serm. de laudibus Virginis, Bernardus homil. 3. in Missis est, & serm. 4. in Vigilia Nativitatis, Damascenus lib. 4. de fide Orthod. cap. 15. Ildephonsum lib. de perpetua Virginit. Deiparæ. Et de obsterice loquitur Hieronymus lib. contra Helvidium: *Nulli ibi obsterix, nulla muliercularum sedulitas intercessit: ipsa pannis involvit infante: ipsa & mater, & obsterix fuit.* Quibus consonant Nyssenus orat. I. de resurrect. Fulgentius serm. de laudibus Marie, Athanasius, vel quisquis alius sit author homil. de cenu, seu de Nativitate Domini, Arnoldus Abbas in laudatione B. Virginis, Prudentius hymno 2. Bernardus sermone 4. in Vigilia Nativitatis, aliisque.

Secunda Pars Conclusionis probatur I. Ex Trullana Synodo can. 79. *Absque ullis ste* PAR. IV.

cundinis ex Virgine partum esse consitentes; ut qui sine semine constitutus sit, idque tota gregi annunciantes eos, qui propter ignorantiam aliquid faciunt, quod non decet, correctioni subiiciuntur . . . . non licet ex communib; & iis, quae in nobis sunt, inenarrabilem Virginis partum, quae supra mentem, & sermonem Verbum peperit, definire, metiri, ac describere. II. quia si Deipara Christi corpus cum secundinis emisisset, debuisset illud ablucere, atque a sordibus purgare antequam pannis involveret; sed de hoc nihil aferri. Matthæus Christi nativitatem describens cap. 2. sui Evangelii, dicens: *Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit;* & reclinavit eum in praesepio; in quibus altum silentium de ablatione habemus. III. Augustinus in orat. de quinque haeresibus, Epiphanius her. 79. Leo Magnus serm. 2. de nativit., Zeno Veronensis, vel si quis alias est author sermonis secundi, Ildephonsum lib. de perpetua Mariæ Virginitate, Bernardus lib. 3. de purificat., alii que plures, ut ait Gravelson contra Serry, non minus a parente Virgine, quam a Christo nascente, fæces, ac sordes longe ablegant. IV. quia illæ secundinae tales fuissent, in quibus periclitari potuisset Virginis Matris pudor; atqui, ut Ambrosius docet lib. 2. in Lucam, maluit Dominus aliquos de suo ortu, quam de Matris pudore dubitare: *scriebat enim, teneram esse Virginis verecundiam;* nec putavit ortus suè fidem matris injuriis adstruendam. Quibus addit Gravelson: „ Hæc autem effluentis sanguinis, ac secundinarum, quibus pueri Jesu nascenti corporisculum fuissest involutum, illuvies, haud parum læsisset pudorem virginicum. Quid igitur mirum, si Christus noluerit hoc pacto nasci? Quamvis alias vitæ humanæ contumelias torquuntur, sive decursu sponte subierit. „

Tertia pars Conclusionis probatur I. Sexta Synodus approbat act. 11. epistolam Sophronii, in qua partus Virginis dicitur incorruptibilis; hoc est, ut idem Sophronius explicat, sine fluxu sanguinis, aut simili passione perfectus est. II. Epiphanius lib. 3. contra haeres. in fine: *Natus est per genitales meatus citram pudificationem, impollutus, absque inquinamentis.* Cyprianus, vel quisquis alius est author Sermonis de nativit. Christi: *Maria genitrix, & obsterix, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio;* Nazianzenus, si ipse est verus author Tragedia, cui titulus *Christus patiens,*